

verum iubere eos, prout *religo suggerit*, sententiam proferre (l). Neque tamen praetor in omnibus *cognitionibus*, sed solum in *ordinariis* per iudices datos & arbitros ex compromisso acceptos iudicavit: In his etenim postulantibus actiones vel litium deminuendarum causa denegavit, vel eas, nec non iudices, qui de iis iudicarent, dedit, lites vero deminuere a deo ad officium ius dicentis pertinere visum fuit, ut IULIANVS (m) eum humanius facturum existimauerit, si actorem ad accipiendam partem totius, quam is, cum quo agitur, obtulit, accipere compulerit (n). Ipse vero praetor *extraordinem* quoque in singulorum causis ius vel *edixit* vel *dixit* (o), etiam in iis casibus, in quibus iure civili actio prodita fuit ac competiit (p), quoties scilicet vel rei tractatio celeritatem, vel litigantium fauor id exposcere videbatur. Inprimis vero *extraordinaria* praetoria *cognitio*, quae, quod praetermissis solemnibus iudiciorum & veterum *anxi-*  
 is

(l) citat. L. 79. §. 1. D. iudic.

(m) Libr. 48. Digest. in L. 21. D. de reb. cred. vbi vid. EM. MERILL. & GVIL. BARCLAI.

(n) Bene monuit BARCLAIVS ad *cit. leg. 21.* hic non intelligi compulsionem naturalem & physicam coactionem, cum ea perquam iniqua & inhumana esset, L. 30. D. de solut. sed eam, quae *oblique* siue per *indirectum* per denegationem actionis fit. L. 30. & 39. D. de solut.

(o) Vid. L. Barbarius Philippus 3. D. de offic. Praet. & ANT. GVIB. COSTAN. *Quaest. iur. memor.* C. 10. & 11.

(p) Patet hoc ex L. 1. §. 2. D. de R. V. L. 1. 2. & 3. C. de libert. & cor. Liber. L. 18. §. 1. D. de iudic. iuncta L. 17. D. de Reb. Cred.